



**Andreæ Vallensis Vvlgo Del Vavlx Andanensis, I. V. D. Et
In Alma Academia Lovaniensi SS. Canonum Professoris
Ordinarii, Paratitla Ivris Canonici Sive Decretalivm D.
Gregorii Papæ IX. Svmmaria Ac ...**

Delvaux, André

Coloniæ Agrippinæ, 1686

Tit. 20. De corpore vitiatis non ordinandis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62177](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62177)

Tertium impedimentum est obligatio ad ratione*sia* sive quod provenit ex eis modi obligatione. Vnde Syndici Universitatum aut Collegiorum, tutores, curatores, actores, executores lentes: iurum aut testamentorum, procuratores, & id genus hominum, qui reddendis rationibus publicis, quae hic ratione*sia* appellantur, obnoxii sunt, ante officium finitum. & rationes redditas, ordinari prohibentur, *c. unico h. t. can. Legem Distinctam* 13. tum quia curis ac negotiis ita distrahuuntur atque involvuntur, in Ordinum ministerio vacare nequeant; tum quia ex talium promotione nota aliqua infamiae redundare posset in Ecclesiastiam: veluti si contingat eos dolii in rationibus reddendis argui, aut præmoniti, ad fugendum laicorum jurisdictionem, se current in præjudicium creditorum ordinari. *c. unico & can. Legem dist. 53.*

Dixi Qui reddendis rationibus publicis (ob publicam scilicet administrationem) obligari sunt; quia privata administratio non impedit ordinationem: nisi vel ex dolo in administratione commissio mota sit lis, vel in procinctu movenda tunc enim auctis exitum tales promoveri non possunt; & si de facto promoveantur digni erunt depositione, licet ipsoea in causa vincenti Glosa & Archidiac. in *can. Tantius Dist. 81.*

2. Verum tamen ordinari non prohibentur debitores Republicæ ex alia causa, quam administratione publica, veluti ex mucro, locatione, conductione, emptione, & similibus, etiam obligatione adhuc penente, Glossa & Archidiac. in *can. Praterem 3. Distinctam 5.* Ut nec administratores rerum Ecclesiasticarum, vel miserabilium personarum, aut cuiuslibet alterius pia cause, publicæ vel privatæ, etiam administratione pendente.

3. De hoc autem impedimento Ordinum ad exemplum popularis actionis, quælibet Ecclesiastica persona excipere potest, & multo magis, cui reddenda sunt rationes, aut sua interesse putat. Abbas in *d cap. unico* Finitur autem finalità administratione ac rationibus redditis. *DD. com muniquer in d. c. unico.*

TITULUS XX.

De corpore vitiatis non ordinandis.

1. Exemplo prisorum sacerdotum corporis vitiatis vetantur ordinari.
2. 3. Dummodo vitium sit impediens Ordinis executionem.
4. De eo, qui sibi membrum aliquod sponte absciderit.
5. De eo, qui non culpa sua abscissionem patitur.
6. Modicus defecitus impedimento non est.
7. Pena sic ordinati.

Quartum impedimentum est corporis vitiatum, sive quod ex eo vitio provenit, de quo cosa *Dist. 49. Ep. 55.*

1. Ut igitur olim apud Ethnicos sacerdotes integri corpore esse debet; & à ministerio Dei, ex præcepto legis veteris *Lovis 12. arcebatus* habens maculam: item cœcus, claudus, grandi vel parvo aut torto nato, fracto pede, mancus, lippus, & similes (quorum defectus mystice de vitiis animi intelligi pulchre explicat D. Greg. in *can. Hinc etenim d. distinctam 49.*) ita mentis facri Canones corpore vitiatores ab Ordinib[us] repellunt: imò promoti aliquando dejicuntur, *c. Expositi b. h. t.* sicut & à beneficio jam adepti, ut *inf. tit. De clericis agrestibus vel debilitate*; eo quod in compositione corporis inæqualitatem indicet mentis, *can. ult. Distinctam 41.* Abbas in *c. Quia diversitatem Notab. 1. inf. De Concess. prob. & natura membra componat, prout moribus animæ convenient: ita ut, cuius deformis facies est, vix queat praeditus esse bonis moribus, & foeda facies malis mores significet, juxta Rhasin Medicum.*

2. Veruntamen non quodlibet corporis vitiatum, quod in antiqua legi ministerio Dei repellebat, hodie impedit susceptionem ordinum: sed illud in primis, quod Ordinis impedit executionem aut insignem inducit deformitatem, & consequenter indecentiam, quæ in scandalum publicum vertere possit, *cap. 2. & per eos, hoc sit.* Nec distinguendum, sponte-

an alieno facto vel casu, deformitas acciderit: nam a Gelasio Papa rescriptum fuit, *in can. fin. Distinct. 55.* ne is, cui per vim oculus ab alio excusus fuerit, ad lacerdotij gradum evehatur.

Dixi ante, Corporis vitio Ordinis impediti executionem, quia quoad ordines ante suscep-
tos tantum inducitur irregularitas in illo actu
Ordinis, qui ob insignem deformitatem, vel ob
defectum impeditur virtus corporis. Cov. 1. par-
te relect. Clement. *Seruus De homicidio in princ.*
cum aliis quos citat. Hac ratione qui parit vi-
tium corporis, impediens celebrationem, nem-
pe in ijs digitis, qui ad consecrationem & ele-
vationem sunt necessarij, à Missalum dumtaxat
celebrationem abstinebit, non à Diaconatus, vel
Subdiaconatus ministerio; sicut nec à concio-
nibus habendis, confessionibus audiendis, &
alijs Clericalibus officijs exercendis. Porest e-
nim quis esse irregularis, ne promoveatus ad
superiores Ordines, quia tamen non sit irregu-
laris ad ministram in suscep-
tione, ut ex Innoc.
in c. ad audientiam inf. De homicidio tradit. Pia-
sec. p. 1. cap. 1. art. 6. n. 4.

3. Quod si quis sibi membrum seu membra
partem aliquam propriâ culpâ & voluntate ab-
sciderit, licet ea abscissio ipsum Ordinius non im-
pediat, nec gravem inducat deformitatem, ta-
men ordinari talis nequirit, *can. si quis absciditur,*
& similibus Dist. 33. etiam si membrum abscissum
sit occultum: veluti in eo, qui sibi virilia præse-
dit, etiam se dandæ libidinis causa, *d. can. si quis*
absciderit cum seq. c. 4. & 5. h. tit. cum enim
nemo membrorum suorum sit dominus, ne
quidem causa caslitatis aut religionis sibi ipsi li-
cer manus in sincere ad occasionem vel mutilationem
alij cuius membra. Hinc si quis, cum Cleri-
cus esset, sibi membrum absciderit, deponitur
tamquam sui homicida & Dei conditioni inimicus,
d. can. si abscidit. Videatur Covat. d. loco
n. 6. & l. 1. variar. Resol. c. 2. n. 8. & lib. 2. c. 1. n. 11.

4. Similiter ordinari prohibentur, qui ab
alijs talem abscissionem passi sunt, culpa ta-
men sua: veluti quia jusserint aut rogaverint,
aut quia rei illicita operam dantes tale mem-
brum casu perdiderint, arg. c. *Dilectus, c. ex lit-*
teris & similium. inf. De homicidio. Videatur &
Navar. *in Manuali c. 27. n. 198.* Gatz de Benef. p. 7.
cap. 12. n. 8. & seqq. Aliud dicendum, si à Medi-
cis, vel à barbaris, à dominis aut parenti-

bus suis, sine propria culpa, talem exsectionem
quis patiatur. (nec hoc casu necessum est, cum
virilia sua artefacta, vel in pulvretum redacta,
secum gestare, ut possit, si sit sacerdos, cele-
brare, ut ridiculè fabulantur quædam mulier-
culæ, Navar. *in Manuali c. 27. n. 20.* Cetero fortu-
ito, dum opere rusticō alterive lictu curam
impenderet, vel etiam alieno facto digitum v.
g. amiserit, si modo membra abscissio non im-
pediat Ordinis executionem. *can. si quis à me*
dicis, cum tribus seqq. dist. 55. c. 3. 5. & fin. h. t. Ut
eum in illis perverti voluntas juste vindica-
tur, ita in his cauis vel alienum factum veni-
am merito tribui & meretur, *can. qui parsem*
& can. Lator d. Distinct. 55.

5. Modicus tamen defectus aut modica de-
formitas non impedit susceptionem Ordinum
veluti macula in oculo, non privans visum, nec
notabilem deformitatem inducens. *c. 2. b. t.* vel
carentia unguis in pollice: item claudatio
ejus, cui seipso in altari non sit necessarius
can. Si quis juncta Glof. distinct. 15. & lippudo
ralis, ex qua non oriatur notabilis deformitas,
Piafec. d. 600 n. 2. Quis autem defectus aut qua
deformitas sit notabilis, determinabit Episco-
pus, quandoquidem nulla certa regula in hoc
constitui possit.

6. Quod si corpore vitiatus, qui jure or-
dinari non potest, de facto ordinetur, vere re-
cipiet Ordinis characterem, sed non ejus execu-
tionem, ex communi Theologorum & canonici-
starum sententia. In hac vero irregularitate solus
Pontifex dispensare potest. Nec obstat *c. Signifi-*
cavit. b. t. quia potest intelligi de dispensatio-
ne Episcopi, auctoritate Apostolica prestita ac
sibi delegata, ut docet Covat. ad. d. Clem. *Si fu-*
riosus in princ. n. 7. Piaf. p. 1. c. 1. art. 10. n. 12.
Post Navar. *in Man. c. 27. n. 201.*

TITULUS XXI.

De Bigamis non ordinan-
dis.

1. 2. 3. Bigamia triplex, vera, interpretativa, &
Similitudinaria.

A. RA.